

& inde poetarum, Oratorum, ac Philosophorum, de quo multa scribunt Auctores.

35. Vers. 16. Incitabatur spiritus ejus in ipso. Syriac. Marore afficiebatur. Aethiopic. Indignatus est spiritu. Vatablus, Pagninus, Tigurini. Irritabatur, excandescere, zelo, ac compassione, & dolore afficiebatur Paulus quod tam nobilis civitas Athenarum totius sapientiae Schola esset plena eorum, ac cultui idolorum dedita.

36. Vers. 17. Disputabat. Syriac. Colloquebatur. Arabicus, Caepit loqui cum Judaeis. Et colentibus, scilicet Profelitis, id est gentilibus, ut explicat D. Chrysofost. ex gentilibus ad judaismum convertis, ac de salute suae animae studiosis. In foro. Syriacus, n platea quondam.

37. Vers. 18. Quidam autem Epicurei, & Stoici Philosophi. Epicurei dicebantur, qui summum hominis bonum consistebat in voluptatibus corporis & sensuum, Stoici vero in animae virtutibus, de quibus quaestione sequenti. Quid vult semivertibus. Syriac. Collector verborum. Arabicus, iste num venator. D. Chrysofost. Verbi Sator. Vatablus, Quid vult spermologus. Aethiopic. Quidam vult hic seminator verborum, id est, quid intendit iste verborum, vel garrulus, qui nihil, nisi verba effusit, sic de Paulo dicebant.

38. Novorum demoniorum. Syriacus vertit. Deos alienos praedicant, nam Gentiles Deos minores, ac inferiores Demones appellabant. Quia Jesus Resurrectionem annuntiabat eis, quam tam Epicurei, quam Stoici negant, de hoc q. 5.

QUAESTIO IV.

Quare isti Athenienses dicebant Paulum hominem semivertibum seu loquacem, & garrulum?

39. Ita vocabant, ut hominem garrulum, ac loquacem, qui sine Rethorica arte, ac eloquentiae methodo verba inania, & vacuos, & futilesque sonos sine ulla rei veritate spargebat, quod pestifere jactabant, tum quia doctrina Apostoli displicebat eis, utpote contraria eorum dictis, ut facit stultus de disciplina Patris sui Proverb. 15. n. 5. & faciebatur cognati de vita, & dictis sancti Tobiae 2. n. 15.

40. Quod & maxime faciebant, ne quis audiret Apostolum, ejusque dictis acquiesceret, quod est extremum, ac supremum malum scribens. D. Mathaeus Christi profapiam cap. 1. num. 8. ait. Foram genuit Oziam, Ozias autem genuit Joatham. Satis agitata & perantiqua quaestio, est, quare inter Jonam, & Oziam tres Reges Evangelista praetermiserit, de qua re multas assignavi rationes tom. 5. & 6. in Evangelia. Ad praesens intentum optime Rupertus Abbas Theologizatur. Foram genuit Oziam, Tres Reges de medio succidit, videlicet Ochoziam, Joas, & Amasiam, qualem enim locum habere deberent inter parentes Carnis Domini, hi sub quibus nec saltem loqui licuit Prophetis verbi Domini? Atque isti soli de memoria praesenti, de libro generationis Iesu Christi repulsi sunt qui verbum audire, vel pracones Verbi Dei vivere passi non sunt. Multi, & magni peccatores Reges, ut Manasses, & alii recensentur in hoc catalogo, tamen illi tres merito excluduntur, quia contempserunt Dei Verbum illius pracones, multis molestis, & arumnisque ignominiose tractaverunt.

41. Deploret Ozeas 9. num. 8. multa mala populi Israel: dicens: Speculator Ephraim cum Deo meo

Syriac. Aethiopic. Vatabl. Pagnin. Tigurini

Syriac. Arabic. D. Chrysofost.

Syriac. Arabic. D. Chrysofost. Vatabl. Aethiopic.

Gentiles.

Irr. d. bant. eum etiam loquacem contra eorum voluntatem. Prov. 15. Tobiae. 2.

Math. 1.

Rupertus A. Dei catalogo excluduntur qui praedicatores non audierunt.

Ozeas

Propheta laqueus ruinae factus super omnes vias ejus inania in domo Dei ejus profunde peccaverunt. Israelitae idololatriae dediti post longam speculationem, ac meditationem, Prophetas contempserunt, ut non audirent reputantes tamquam insanos. Inania in domo Dei ejus. Et inde quid factum est. Propheta laqueus ruinae ei factus est super omnes vias ejus, super omnia scelera & crimina quae commiserunt, ita ut ingemiscens Propheta clamer, Profunde peccaverunt. Ibi Ruffinus ait: O tu popule prophetanis rebus subjugate ad cumulatum iniquitatis, spiritualium magistrorum contumelias pervenisti, ita ut Prophetas Dei insanos, & spirituales magistros stultos vocares. Addebasque nihil aliud Prophetas debere censeri, quam hostilem laqueum in ruinam miserorum civium fabricatum; non est tale facinus, ut censura iudicis valeat ipsius oblivisci. ad execrabilia ac summum omnium malorum nefas devenerunt cum Dei Prophetas, ac pracones, ut insanos, ac stultos reputarunt, ut eorum verba non audirent, sed contempserint, ac rejecerint, & ideo profunde peccaverunt.

QUAESTIO V.

Quare Epicurei, & Stoici adversabantur D. Paulo & quinam essent illi?

Epicureus discipulus Xenocratis omne bonum ac summam hominis felicitatem ponebat in voluptatibus, ac delectationibus hinc negabat animae immortalitatem, corporis resurrectionem, Dei providentiam, & omne divinum Numen, de quo late agunt Lactant. lib. 3. Institut. cap. 7. Clemens Alexandr. lib. 1. Stromat. cap. 15. D. August. de utilitate credendi cap. 4. Ubi eos appellat voluptarios porcos, unde est illud Horatii, Epicurus de grege porcus.

Stoici fuerunt Philosophi sic nuncupati a nomine graeco, quod idem valet, ac porticus in quo docebat, ejus pater fuit Zeno philosophus, ejus disciplina erat multum altera summam hominis felicitatem ponebant in potestate, industria, ac dextertate cujuslibet. Negabant Dei providentiam, dicebantque omnia necessitate naturae evenire, dicebant animam esse immortalem, corporum resurrectionem negabant, dicebant omnes virtutes esse pares, sicut & vitia aequalia, misericordiam & compassionem esse vitium licere sapienti se ipsum occidere, ne miserè vivat, mundum esse animal animatum, & Deum esse animam illius, aliasque similes nugae fabulabantur, de quibus Cicero pro Murena, Lactantius citatus d. August. tom. 6. tract. de Epicureis, & Stoicis.

Quos omnes errores Paulus refutat docens hominis felicitatem consistere in Dei fruitione, & a Jesu Christo crucifixo dependere, cujus gratia resuscitandi sumus in vitam aeternam, & cujus auxilio in hoc saeculo ejus fides triumphat; & vincit omnes humanae sapientiae machinationes, Sophistarum argumenta; ac eloquentiae humanae persuasiones, in cujus rei confirmationem, non disputationis argutiae sed divinum lumen praevaleret.

Totam hanc doctrinam nobis confirmat Apostolus 1. Corinth. 2. n. 4. postquam dixit, quod nihil aliud scit, ac intelligit, nisi Jesum Christum crucifixum. Subdit. Et sermo meus, & praedicatio mea non in persuasibilibus humana sapientia verbis, sed in ostensione spiritus sapientiae, & virtutis. Ecce doctor gentium omni sapientia, & altissima plenus &

Propheta laqueus ruinae factus super omnes vias ejus inania in domo Dei ejus profunde peccaverunt. Israelitae idololatriae dediti post longam speculationem, ac meditationem, Prophetas contempserunt, ut non audirent reputantes tamquam insanos. Inania in domo Dei ejus. Et inde quid factum est. Propheta laqueus ruinae ei factus est super omnes vias ejus, super omnia scelera & crimina quae commiserunt, ita ut ingemiscens Propheta clamer, Profunde peccaverunt. Ibi Ruffinus ait: O tu popule prophetanis rebus subjugate ad cumulatum iniquitatis, spiritualium magistrorum contumelias pervenisti, ita ut Prophetas Dei insanos, & spirituales magistros stultos vocares. Addebasque nihil aliud Prophetas debere censeri, quam hostilem laqueum in ruinam miserorum civium fabricatum; non est tale facinus, ut censura iudicis valeat ipsius oblivisci. ad execrabilia ac summum omnium malorum nefas devenerunt cum Dei Prophetas, ac pracones, ut insanos, ac stultos reputarunt, ut eorum verba non audirent, sed contempserint, ac rejecerint, & ideo profunde peccaverunt.

Epicureus discipulus Xenocratis omne bonum ac summam hominis felicitatem ponebat in voluptatibus, ac delectationibus hinc negabat animae immortalitatem, corporis resurrectionem, Dei providentiam, & omne divinum Numen, de quo late agunt Lactant. lib. 3. Institut. cap. 7. Clemens Alexandr. lib. 1. Stromat. cap. 15. D. August. de utilitate credendi cap. 4. Ubi eos appellat voluptarios porcos, unde est illud Horatii, Epicurus de grege porcus.

Stoici fuerunt Philosophi sic nuncupati a nomine graeco, quod idem valet, ac porticus in quo docebat, ejus pater fuit Zeno philosophus, ejus disciplina erat multum altera summam hominis felicitatem ponebant in potestate, industria, ac dextertate cujuslibet. Negabant Dei providentiam, dicebantque omnia necessitate naturae evenire, dicebant animam esse immortalem, corporum resurrectionem negabant, dicebant omnes virtutes esse pares, sicut & vitia aequalia, misericordiam & compassionem esse vitium licere sapienti se ipsum occidere, ne miserè vivat, mundum esse animal animatum, & Deum esse animam illius, aliasque similes nugae fabulabantur, de quibus Cicero pro Murena, Lactantius citatus d. August. tom. 6. tract. de Epicureis, & Stoicis.

Quos omnes errores Paulus refutat docens hominis felicitatem consistere in Dei fruitione, & a Jesu Christo crucifixo dependere, cujus gratia resuscitandi sumus in vitam aeternam, & cujus auxilio in hoc saeculo ejus fides triumphat; & vincit omnes humanae sapientiae machinationes, Sophistarum argumenta; ac eloquentiae humanae persuasiones, in cujus rei confirmationem, non disputationis argutiae sed divinum lumen praevaleret.

Totam hanc doctrinam nobis confirmat Apostolus 1. Corinth. 2. n. 4. postquam dixit, quod nihil aliud scit, ac intelligit, nisi Jesum Christum crucifixum. Subdit. Et sermo meus, & praedicatio mea non in persuasibilibus humana sapientia verbis, sed in ostensione spiritus sapientiae, & virtutis. Ecce doctor gentium omni sapientia, & altissima plenus &

Ruffin.

Grande nefas Dei, ut in nos non audiamus.

47.

Epicur. Lactant. D. Aug. Clem. Alex.

43.

Eorum errores.

Cicero. Lactant. D. Aug.

44. Paulus refutat eorum errores.

45. 1. Cor. 2.

& eruditus se abstinet ab humanis persuasibus sapientiae in rebus fidei, cur evitat disputationes, cum Scribis, ac Philosophis de supercilio suae eloquentiae multum confidentibus, numquid timebat ab eis vinci, ac superari? minime. Sed praecellebat excellentiam mysteriorum fidei, quae cum sint supernaturalia, & alterius ordinis ob sui supereminentiam super humanam rationem non possunt teneri, & capi à naturali vi nostri intellectus, nisi adit Divini Spiritus gratia excitans, & adjuvans. D. Zeno serm. de fide ait, Errat quisquis disputationem legis aestimat fidem, duo in unum diversa confundit disputatio enim sicut excolit legem, ita si versata sit eradicat fidem, quia fides profecto non est, ubi quaeritur fides. Perpende ultima verba.

Dum suprema dei magnalia contemplatur Paulus totus admirandus exclamat Rom. 1. n. 34. O altitudo divitiarum Graecus O profundum divitiarum Sapientia & Scientia Dei! Per divitias intelligit Apostolus magnitudinem misericordiae dei qua nos divites fecit omnibus donis gratiae, & gloriae, ut ipse explicat de ephes. 1. num. 7. Quam incomprehensibilia, seu ut legit Tertullianus contra Hermogenem, in inventibilia, ait textus, Judicia eius, & investigabiles viae eius, rationes Divinae Providentiae, & quis cognovit sensum Domini, quod merito D. August. appellat abyssus multa, aut quis consiliarius ejus fuit, consiliarius, ut notat ibi Cornelius non solum dicit, qui dat consilium, sed qui conscius est consilii, & quis poterit scire consilium dei, cum ejus via, & rationes divinae providentiae sint investigabiles, quis poterit scire, cui rejectis Judaeis elegit gentiles, cur hunc trahat, & non illum, cum hoc non pendeat ex persuasibilibus humanae sapientiae, sed ex alto dei Consilio, ut late disserit. Bernardus epistol. 107. & D. Zeno serm. de fide, ait, Sciat unusquisque aliud esse fidem, aliud esse tractatum, nec fidem per tractatum posse dari, vel nosci, sed scilicet per gratiam Dei. D. Abraham ait Apostolus Roman. 4. num. 18. Qui contra spem in spem credidit, ut fieret Pater multarum gentium. Et non infirmatus est in fide, neque consideravit corpus suum mortuum, cum ferè centum esset annorum, & mortuam vulvam Sara. In repromissione Dei non habuit de fidentia, sed confortatus est fide D. Chrysofost. legit, Roboratus est fide. Considerata natura, omnis spes habendi filios ex Sara extincta erat in Abrahamo, cum ipse esset centum annorum, & Sara vulva sterilis, tamen promittitur ei filius ex Sara firmiter, & constanter credidit, quia in his, quae pertinent ad fidem non vis, ac impulsus naturae, aut rationis est considerandus, sed divinae manus efficacia, qua cuncta agit, ac disponit.

Fides non comparatur ad Dei gratiam.

D. Zeno

46. Rom. 11

Ephes. 1. Tertull.

D. Aug. Non ratione humana, sed a dei consilio nostra vocatio.

D. Bern. d. Zeno.

47. Rom. 4.

D. Chrysofost.

48. Demon quid significat. D. Isidorus. Syriac. Arabic. Aethiopic.

QUAESTIO VI.

Quare isti homines vocabant D. Paulum annuntiatorem novorum Demoniorum?

Demon, ut tenent D. Isidorus lib. 8. ethymolog. Plato in Cratyl. nomen est graecum, & dicitur idem valere, ac regere, vatablus & alii, dicunt idem valere, ac regere, quod maxime de malis hominibus intelligebant Dicebant isti homines de paulo, Novorum Demoniorum videtur annuntiator esse. Syrus, Deos alienos praedicat. Arabicus, Esse praedicatorum demoniorum alienorum. Aethiopicus Seminator verborum doctrinae demoniacae novae. Apud antiquos dii novi, & minores appellabantur.

Cum Paulus praedicaret resurrectionem nostram, quae est magnum miraculum supra ordinem naturae, & lumine naturali capi non potest ideo gentiles eam non intelligebant, nec dictis Pauli acquiescebant, sed eum tamquam hominem loquacem, ac impostorem, & fabulosum, qui virtutem aliorum novorum Deorum praedicabat, ac dicebat, judicabant, quam ob causam ductus est Athenis, ubi Socrates, qui novos Deos inducebat, damnatus est ad mortem.

Tamen, & maxime moraliter ex quadam Glossa refert Lyran. Quod Philosophi audierunt à Judaeis inter eos habitantibus tempore Antiochi nomen Demonis esse abominabile, & ideo doctrinam Pauli vocabant annuntiationem Demoniorum, tanquam eisdem abominabilem. Ecce summa, & extrema miseria, sic errant Athenienses suis erroribus, falsitatibus, ac superstitionibus, quas ab antiquo à suis majoribus ebiberant, ut solidam, veram, & sanctam Pauli doctrinam, utpote novam abominabilem novorum Demoniorum judicaverint.

Sunt multi ita affecti suae antiquae, ac veteri doctrinae, ut quidquid denuò invenitur, maxime displiceat, & refuter, ac si Deus lucem suae sapientiae concluderet in antiquitate, & nihil junioribus reliquerit, cum in ipsis antiquis multa falsa, & à veritate aliena reperirentur, ut notavit Arnobius lib. 1. & ait: Falsitatis arguitis res nostras, & nos vestras arguimus falsitatis, sed antiqui orationes nostras, ac per hoc fidei, & veritatis plenissima, quas vero errorum non antiquitas plenissima mater sit.

Ingreditur Jesus Capharnaum, & veniens in Synagogam docebat eos, & expulit diabolum ab uno homine, & ut scribit D. Marc. 1. num. 27. & admirati sunt, ita ut conquirerent inter se dicentes: quidnam est hoc? Quae nam doctrina haec nova, ut suggillarent Christi doctrinam dicunt novam, non considerans sublimitatem, & excellentiam doctrinae valde perutilem ad salutem animae, sed tot, & tantis miraculis in cunctorum oculis, ut considerat Victor Antionchen, sed dicunt esse novam, ut eam valeant detrahere, & calumniare, ut dixit D. Paschasius lib. 1. in Mathaeum, Amaligantium ore narrant sanctum, quod valeat effugere.

Cum Deus conderet orbem prima die dixit, Fiat lux, & facta est lux, Genes. 1. num. 3. & quarta die dixit Deus, Fiant duo luminaria, & fecit duo luminaria magna, Luminare majus praesert diei, & Luminare minus, ut praesert nocti. Ibidem. n. 16. nunquid, illa prima lux antiquior habuit in se totam lucem, ut esset major aliorum omnium, quae postea creata sunt? Minime. Imo quae quarta die fuerant creata, quamvis juniora majori refusserunt splendore, ut notat Hugo Victorin. lib. 1. de Sacramentis cap. 15. ubi sic ait, Hac posteriora amplius claritate formam meliorem acceperunt, quam antea reformationis statum in melius Sacramentum demonstraret. De naturalibus bene conjecturatur ad spiritualia, ac supernaturalia invisibilia Dei, per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, deus totius lucis Auctor primae diei luci dedit splendorem, utpote antiquiori omnem? minime, imo & majorem, & ampliolem posterioribus luminari contulit, ac impertivit.

Deus totius sapientiae lux, & splendor dividens singula singulis prout vult, Deus dedit suae lucis radios antiquis, unde negari non potest quod effulgeat per majores splendores junioribus, si velit; Praclare ait D. Aug. 3. ex veteri testamento ait sepe: Quae tempore minor a sunt, & virtute major a sunt

49.

Non interligebant resurrectionem.

50. Glossa. Lyran.

Blasphemiae Pauli doctrinae.

51. Doctrina, quae nova multis displiceat. Arnob.

52.

Marc. 1.

Non considerant utilitatem sed novitatem.

D. Paschasius.

53.

Hugo Victor. Deus saepe junioribus dat majorem lucem quam antiquioribus.

54.

D. Aug.

Vox



55. Cant. 7.

Vox est animæ sanctæ ad suum Divinum sponsum Cantic. 7. num. 13. Omnia poma nova, & vetera, dilecte mi: servavi tibi. Per hæc poma bona pars Interpretum intelligit doctrinam, ac expositionem Sacræ Scripturæ tam Doctorum, quam Recentiorum Præfata verba sic legunt D. August. Nova super vetera servavi tibi. Quia sæpe nova meliora sunt acutiori ingenio extracta, majori studio inventa, ac expolita. D. Augustin. lib. 20. de Civitate Dei cap. 4. ait; Præferri veteribus novis quia quamvis vetera priora sint tempore; nova tamen præcedunt dignitate, cum illa vetera sint novorum præconia.

Theod. d. Aug. Novus super vetera.

Actor. 17. num. 19. Et apprehensum cum ad Areopagum duxerunt, dicentes; possumus scire, quæ est hæc nova, quæ a te dicitur, doctrina.

Versiones,

CUM EXPOSITIONE IV. Usque ad Vers. 23.

56. Syriac. Arabic. Græc. us. Pagnin. Æthiopic.

Vers. 19. AD Areopagum, duxerunt eum. Syriac. Duxerunt eum ad Senatium, qui vocatur Areopagus, vicus Martis Arabic. Duxerunt ad peritissimum, & iudicem Doctorum. Græcus; Ad domum Iudicis Pagnin. Ac Martium Pagnin. Æthiopic. Ad domum Dei eorum. Erat enim Areopagus Athenis consessus iudicium maximæ potestatis, & autoritatis, in quo gravissimæ causæ decidebantur, de quo quæstione sequenti.

57. Syriac. Arabic.

Vers. 20. Verba quadam infers. Syriac. Extranea verba diffinas. Arabic. Ingeris rem peregrinam & nobis mauditam, scilicet Resurrectionem corporum Quidnam velint hæc esse, quænam sit talis doctrina, & quonam fundamento, ac autoritate prædicas.

58. Arabic. Æthiopic.

Vers. 21. Omnes sadvene hospites ad. nihil aliud vocabant. Arabic. Nisi ad novam aliquid dicendum, & sermonem peregrinum audiendum. Æthiopic. Aliam curam non habebant; nisi audire nova, & scrutari, quæ dicerent. Athenensium summa describitur curiositas, ut tradit Plutarchus lib. de garrulitate, & ideo novorum maxime avidos fuisse testatur.

59. Arabic. Oecum. Æthiopic.

Vers. 22. Stans Paulus in medio, Arabic. Cum staret in confesso iudicium doctissimorum; Oecumen. In medio Martij Pagi. Æthiopic. In medio domus Dei eorum ut ab omnibus aperte, & clare audiretur.

60. Syriac. Arabic. Æthiopic. Superstitionis.

Per omnia quasi superstitiones vos video Syriac. Inter omnia nimios esse in cultu Daemonum Arabic. Video vos quibusdam modis Demonia venerantes. Æthiopic. Conspicio vos insanire in omnibus, ac si dicat Apostolus; O themesles video vos præ omnibus excellentes, & nimios esse in cultu Daemonum; nam religio dicitur à religando, quæ ut ait D. August. lib. de vera religione in fine, defertur vero Deo; at superstitio, ut ait D. Isidorus lib. 8. Ethymol. cap. 3. dicta est, quasi super statuta, & debita, & ideo, ut ait D. August. lib. 4. de Civit. Dei cap. 30. dicitur illa, quæ defertur falsis, & inanibus diis, quibus nullus cultus, nullaque veneratio est debita.

61. Syriac. D. Chry. sol. Arias.

Vers. 23. Præteriens enim, & videns simulacra vestra Syriac. Cum videns essem domum formidinum vestrarum D. Chry. sol. Culturas vestras Oecumen. Delubra vestra, Arias; Sacra vestra. Seu; Altare vestrum Attentiùs videns, & considerans.

In quo scriptum erat ignoto Deo. Syriac. Scriptum erat Dei reconditum Arabicus. Scriptum erat Deo, Syriac. Arabic. qui ignoratur. Athenienses, ut viri Docti & eruditi ex multis didicerunt dari unum supremum Deum de quo q. 8.

Quem vos ignorantes colitis, hoc ergo annuntio vobis; Tamquam si dicat Paulus; Ego non sum novorum Daemoniorum annuntiator, ut vos dicitis, sed annuntio vobis Deum, qui ab antiquo mundo creavit, & gubernat, quem vos ignoratis, ejus magnalia & nomen vobis dico, & explico.

QUÆSTIO VII.

Quare D. Paulus ducitur ad Areopagum?

AREOPAGUS nomen græcum, & ab eo deductum, idem est, ac vicus Martis, seu curia Martis, nam ut tradunt Græci cum Mars de homicidio accusaretur, & res iudicanda duodecim diis committeretur, à sex absolutus fuit in eo loco, & quamvis essent pares, res favorabilior reo prævaluit, & ideo à nomine græco Mars, dictus est locus vicus Martis, vel etiam, ut vult Plinius lib. 7. cap. 56. ab insigni templo Martis ibi constituto.

Erat hic vicus Areopagus unus, & illustrior ex quinque qui erant Athenis, & in eo erectum fuit Tribunal à Cerope, quo nihil erat severius, constantius, ac integrius, ut ait Cicero lib. 1. ad Attic. Epist. 9. ad quod iussu Solonis non assumebantur nisi Archantes, id est nisi Principes magni, & probatissimi ut testatur Plutarchus in Solone, & erant maximè solertes speculatores ac indagatores, sententiam ferebant non per verba, sed calculum, & in obscuris, ne eorum lacrymis, ac aspectu moverentur unde venit in proverbium Areopagita taciturnior.

Tanta erat de illius integritate fama, ac opinio, ut gravissimæ causæ ex toto orbe, ac etiam ex Romanis teste Gellio lib. 12. cap. 7. ad eos iudicanda deferrentur; eorumque sententiæ si Aristidi credimus tamquam oracula, ac Deorum responsa arbitrabantur, de quo plura Budæus in Pandectas legitima de Senat.

Ad Areopagum ducitur Paulus, ut tamquam promulgator novæ legis iudicaretur, ac puniretur, ut notat D. Chry. sol. in presenti, & ait; Ad Areopagum duxerunt Paulum, non ut quippiam cognoscerent, sed ut punirent, & suppliciiis afficerent; ibi ducitur enim capitalia exercebantur iudicia. Sed suprema Dei providentiâ, aliter evenit; ibi enim veritas Evangelica maximè axaltata est, & sublimata, ibique eximie inter ipsos Idololatriæ feroces zelatores fundatur Ecclesia Dei propugnante, & prædicante S. Dionysio areopagita.

Ait Regius Vates Psal. 47. num. 3. Latera Aquilonis, civitas Regis magni. D. August. ait; Ecce gentes latera Aquilonis adiunctæ sunt, latera civitatis Regis magni. Propheta clamat; Ab Aquilone pandetur omne malum, ut ibi explicatur; Omnis contrarietas, & adversitas ibi summa Dei potentia, quod inter ipsas contrarietates, ac adversitates fundatur civitas, seu Ecclesia Regis Magni.

Ad huius rei gustum ait Iob 37. n. 22. Ab Aquilone aurum venit & ad Deum formidolosa laudatio Quæ verba sic transfert D. August. in Psal. 47. Ab Aquilone nubes coloris auri, in his est magna gloria, & honor omnipotentis Dei; quomodo ab Aquilone regione tempestuosa, & obscura veniunt Nubes

Inter text. pestes aures fidei.

Nicetas

Nubes referentes colorem aureum; hæc elegans pulchritudo ab Orientalibus plagis venit, sed ab Aquilone regione tempestuosa, & obscura ibi cernitur, & resplendet Dei potentia, ab ea producens aurum purum fidei, & amoris. Nicetas ibi; Dei imperio Boreas nitidas, & fulgorem auri imitantes nubes adducit.

tes, & nescientes nomen, ac majestatem colitis ipsum eundem Jesum Christum vobis prædico, dico, ac manifesto, ac proinde idem est Deus, quem vos colitis, & ego annuntio. Considera, quæso, magnam Pauli prudentiam, quod ut eos ad fidem cum ipsis, omnesque esse sub eadem religione, ac que sub eodem numine.

QUÆSTIO VIII.

Quare Ara consecrata consistebat Ignoto Deo?

70. D. Chry. sol. Oecum.

Ex favore in bello, & peste Deus ignotus.

Satis late, & diffusè D. Chry. sol. & Oecumen. referunt, quod cum Athenienses premerentur bello, à suisque diis, quos colebant, postularent auxilium, nullumque habuissent, intelligentes aliud esse Numen majus, ei sacrificantes auxiliati sunt, qua propter aram ignoto Deo construxerunt, vel etiam, ut alii dicunt, ut referunt citatus D. Chry. sol. & Oecumenius, nempe, quod cum Athenienses magna laborarent peste, nullumque à suis diis subsidium obtinuissent, conjecturantes, an daretur aliud majus Numen, ei sacrificantes convalescerent, pestisque omnino extincta fuit, ideoque tali Numini, ac Deo aram sub titulo Ignoto Deo obtulerunt.

71. Lyran. Hugo. Sanchez. Ex egypt. lib.

Secundo Lyran. Hugo, Sanchez, & alii hoc referunt ad laudem, & gloriam D. Dionysii, qui cum esset peritissimus in Astrologia, & Luna esset plena, per interpositionem ad Solem non poterat fieri eclipis, & ex multis aliis principiis probat Lyranus naturaliter non posse evenire; Unde hoc animadvertens exclamavit Aut Antior natura in carne patitur, aut rota mundi machina dissolvitur, indeque erexit, & consecravit illi altare, hæc inscriptione, Ignoto Deo, scilicet Jesu Christo, cujus mortis causa Eclipis facta est.

72. Baron. Lo. u.

Primum D. u. adorabant.

Tertull. Lucan.

Tertio, & probabilius Baronius, Lorinus, & alii tenent, quod Athenienses acceperunt à philosophis, & Sybillis, atque etiam à Judæis dari unum supremum Numen absconditum, & invisibile, à quo cuncta gubernabantur, ac regebantur; indeque ei aram construxerunt, nam sicut apud Romanos venerabantur dii incerti, sic & apud Athenienses dii incogniti, ut testatur tertullianus lib. 1. contra Marc. cap. 9. iste autem incertus erat Deus Hebræorum, ad quod tendit illud Lucani.

Dedita Sacris Incerti Judæa diis,

73. Deum Hebræorum adorant. Catena. Patrum. D. Aug.

Clem. Alex.

D. Hier.

Illi Ignoto Deo, cui ara erat consecrata, erat Deus judæorum, quod sic probatur. Primo Catena Græca Patrum à Feliciano concinnata, sic habet; Ignoto Deo, & peregrino aram hæc sacrarunt Athenienses. Peregrino Numini Hebræorum, scilicet, cui nondum nomen certum, vel notum erat. Huic interpretationi favet D. Aug. lib. 1. Crefcon. cap. 29. & ait; Athenienses quamvis extra Ecclesiam unum verum colebant Deum. Similiter & Clemens Alexandr. lib. 1. Stromat. cap. 9. ubi ait, Paulus ignotum Deum honorari quidem per circumlocutionem à Græcis episcopum Deum significavit. pro quo etiam stare videtur D. Hieronymus in cap. 16. Ezechiel ubi ait dei majestatem incognitam saltem obscure ab istis e ntilibus adorari.

Quod ex ipsomet contextu probat: Ait Paulus inveni, & aram, in qua scriptum erat Ignoto Deo, quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis. Illum nempe deum ignotum, quem vos ignoran-

tes, & nescientes nomen, ac majestatem colitis ipsum eundem Jesum Christum vobis prædico, dico, ac manifesto, ac proinde idem est Deus, quem vos colitis, & ego annuntio. Considera, quæso, magnam Pauli prudentiam, quod ut eos ad fidem cum ipsis, omnesque esse sub eadem religione, ac que sub eodem numine. Expendenda tamen est in præsentis lectio D. Chry. sol. sic exponenti: Quem igitur ignorantes bene colitis, hunc ego annuntio vobis; nota verba bene colitis. Et quomodo Christus Dominus potest dici bene coli ab Atheniensibus sub titulo ignoti Dei, nam hæc est peculiaris mei Jesu nota, quod tunc magis submissè veneratur, quanto magis ejus sublimitas ignoratur, quæ supereminenter transcendit omnè captum humani intellectus. Unde rectè de eo ait Arnobius lib. 3. contra gentes. Unus est hominis intellectus de Dei natura certissimus, si scias, & sentias nihil de illo posse mortali oratione deprimi.

Ait Isaias. 45. num. 14. Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus, verè tu es Deus absconditus, Deus Israel Salvator. Absconditus in infinitate suæ naturæ, in suis attributis, ac operationibus. Unde de eo ait paulus 1. Timoth. 6. n. 16. Deus lucem inhabitat inaccessibilem, ita est absconditus qui habitans in luce infinita, est inaccessibleis. In Ægyptiorum templis inscriptum videbatur hoc emblemata: Ego sum quod fui, quod est, quodque futurum est velum meum nemo unquam revelavit.

QUÆSTIO IX.

Quare D. Paulus vocat Athenienses superstitiosos cum sub ignoto Deo verum adorarent Numen?

SUPERSTITIO, ut jam dixi in Expositione, est nimis, & immoderatus cultus super statuta, ac debita, inde cultus, qui defertur falsis diis, dicitur superstitio, cum iis nullus cultus, ac veneratio sit debita, at, ut dixi superiori quæstione Athenienses sub illo titulo Ignoto Deo adorabant verum & divinum Numen, ergo videtur apostolum apte non dixisse, & convenienter. Viri Athenienses quasi superstitiosos vos video.

Respondeo, & nota, quod apostolus non dixit simpliciter superstitiosos, sed quasi, ac si aliqua ex parte non essent tales cum adorarent verum numen, tamen bene dicuntur superstitiosos, quia eum non cognoscebant, ut debebant cognoscere, nec illius notitiam, ac cognitionem procurabant atque sollicitabant, ut tenebantur, scire, & inquirere, & deinde cum illo ignoto Deo simul colebant simulachra gentium, eisque æqualiter cultum deferebant, de quo maxime Deus conqueritur. Isai. 40. num. 25. Cui assimilastis me, & ad quasitis, dicit sanctus.

Dicitur Salomoni 3. reg. 11. num. 11. Scindam regnum tuum, & dabo illud servo tuo. Ob idololatriam commissam à Salomone, ex duodecim tribus Israel eripiuntur ab eo decem tribus, & datur Jeroboamo, sed quomodo hoc fit? Si propter Idololatriam magna pars regni auferatur à Salomone cur datur Jeroboamo magno Idolorum cultori, si uterque eodem fedatur crimine, unde tam dispar distributio, cum crimen Jeroboami majus appareat, quia non solum ipse idolis sacrificavit, sed faciens vitulos aureos in Samaria, eodem scelere totum